

Secunda Prædictio, Cap. III.

Tertia privata quædam de Paulo continet.

Commentarii in utramque, ex Nostris, *Ægid. Hunnii*, *Melanchthonis*, *Chytræi*, & *Sebast. Schmidii*:
Ex Pontif. *Claudii Espencei*, *Sasbunti* & *Lud. Soto*:
Ex Reformat. *Caspar. Megandri* & *Hyperii*.

Epist. ad Titum.

Scopus est Titi pastoris commendatio & confirmatio; partes duæ sunt: prior didactica; posterior pædevtica.

Commentarii, ex Nostris, *Ægidii Hunnii*, *C. Hofmanni* & *Daniel Crameri*: Ex Pontif. *Espencei* & *Sasbunti*: Ex Reform. *Megandri* & *Hyperii*.

Epist. ad Philemonem.

Satis patet occasio & scopus. Commentarii, ex Nostris, *Ægid. Hunnii*: Ex Pontif. *Fevardentii*: Ex Reform. *Rolloci*.

Epistol. ad Ebræos.

Scopus est ostendere, quod omnia in V. T., maxime cultus Leviticus, ad Christum respiciat. Partes sunt VI.

Prima agit de persona Christi, Cap. I. II.
Secunda de ejus officio, a Cap. III. - IX.

Q s

Ter-